



**IN NŌIE SANCTISSIMÆ
et indiuiduæ Trinitatis
Patris & Filij et Spiritus^{ti}. Amen**

NOVERINT *Universi, et singuli hoc præsens publicum transumpti
instrumentum visuri lecturi pariter, et audituri quod Nos* **PETRVS
PAVLVS CRESCĒTIVS** *Prothonotarius apostolicus utriusq[ue]
signature sanctissimi Domini nostri Papæ Alesandrius Curieq[ue] causarum
Camera apostolica generalis Auditor, et Romana Curie Index ordinarius
sententiarum quoq[ue] et censurarum in eadem Romana Curia, et extra
eam latorum, ac litterarum apostolicarum quarumcunq[ue] universalis
et merus Executor ab eodem sanctissimo Domino nostro Papa speciali-
ter deputatus, Ad instantiam, et requisitionem Reuerendi Patris Lau-
rentij de Paulis Procuratoris Generalis Venerabilis Societatis Iesu,
omnes, et singulos sua communiter, et diuinitim inter esse putantis, eorumq[ue]
procuratores si qui tunc erant in Romana Curia pro eisdem ad dicendum
et excipiendum quicquid uerbo, uel in scriptis contra decretum sacre
Congregationis Rituum super beatificatione Beati Patris Ignatij Loyolæ
eiusdem Societatis Fundatoris, subscriptum per M^o et Reuerendissi-
mum Dominum Cardinalem Pinellum sacri Collegij Cardinalium Decanum
et eiusdem sacre Congregationis Præpositum, Mirisq[ue] solito sigillo munitum
et a Domino Joanne Paulo Mucantio eiusdem Congregationis Secretario, si-
militer subscriptum sub Datum Romæ die uigetima septima Julij anno a
natiuitate Domini millesimo sexcentesimo nono, pontificatus uero præla-
bati sanctissimi in Christo Patris, et Domini nostri Domini Pauli diuina*

providentia Pape quinto anno quinto, dare, vel exigere volebant, viden-
tumque dictum decretum transumi, et exemplari, et in publicam transumpti
formam redigi mandari, nostramque et Curie nostrae auctoritatem pariter
et decretum desuper necessarium, et opportunum interponi per edicta
publica ut moris est, stantibus feriis super inditis citari fecimus, et
mandavimus ad diem et horam infra scriptas, quibus advenientibus
comparuit in iudicio coram nobis Pater Laurentius procurator generalis
pro factis, et citatorum non comparentium contumaciam accusavit, ipsosque
contumaces reputari, et in eorum contumaciam huiusmodi decretum factis
reverti et in scriptis infra scriptis tenoris exhibuit, et produxit, quod quidem
decretum ad manus nostras recepimus, vidimus, legimus, et diligenter ins-
peximus, et quoniam sanum, integrum, illatum, non cancellatum, non
vitiatum, nec in aliqua illius parte suspectum sed omni probis criticis
et suspicionibus carere invenimus, dictum decretum per notarium au-
thenticum infra scriptum transumi, et exemplari, et in publicam tran-
sumpti formam redigi fecimus, et mandavimus, Volentis et aucto-
ritate dictae Curie nostrae decernentis quod presenti nostro tran-
sumpto cum eodem decreto diligenter auscultato collationato, et concor-
dato de cetero in antea, tam in Romana Curia quam extra eam,
ubique locorum in iudicio, et extra lectur, illique datur et adhibetur
talis et tanta fides, qualis et quantas dictis decreto originali
inferius inserto et cum presenti transumpto auscultato, et collationato
datus fuit, et adhibetur, daturque et adhibetur, seu daretur et adhibere-
tur si in iudicio exhiberetur cuius tenor est talis V. **DOMI-**
NICVS EPISCOPVS OSTIENSIS Sacri Collegij Decanus

sanctae

sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Pinellus Congregationis Sacrorum
Rituum Praepositus. Uniuersis et singulis presentes inspecturis, lecturis
et audientis salutem in Domino sempiternam; cum ob excellentiam
et sanctitatem vitae boni mem. Ignatii de Loyola fundatoris Societatis Iesu
qua non sine maxima totius Reipublicae christiana utilitate, et incremen-
to per uniuersum orbem diffusa, et dilatata est, atque ob mirabilium
coruscationem quae omnipotens, et misericors Deus, praeter consuetam
naturam usum, eiusdem Ignatii meritis, et intercessionem, tam dum
viveret, quam post eius felicem in Domino obdormitionem operari
signatus est, et quotidie in dies, adhuc operari non dedignatur
omnes pene Reges, et Principes Catholici, ac nonnulla Metropolitana-
rum, et Cathedralium Ecclesiarum Capitula, et multa Civitates, atque
eiusdem Societatis Iesu uniuersus ordo iteratis precibus, et per
litteras, et in voce, ac in scriptis sanctissimo Domino nostro
Papa Paulo quinto humiliter supplicauerint, et apud Illiusmodi et
Reuerendissimos Dominos Cardinales Praepositos in Sacra Rituum
Congregatione saepe saepius institerint, ut ad conseruandam, et au-
gendam populorum deuotionem, quae maxime, et ubique in toto orbe
terrarum diffusa est, erga ipsum boni mem. Ignatium de Loyola
ob innumeras eius meritis conceptas a Deo gratias, cum iam processit
de puritate fidei, morum excellentia, sanctitate vitae, et mirabilium
Coruscatione, eiusdem boni mem. Ignatii auctoritate apostolica con-
fecti essent, et in eadem Sacra Congregatione presentati ad Rei
gloriam et Catholicae Ecclesiae augmentum sanctitali sua dignaretur
committere, et ordinare procedi ad ulteriora in canonizatione,

dicta bona memoria Ignatij de Loyola, et interim donec effectualiter
ad prefatam canonizationem deueniatur, et dictus Ignatius in nu-
merum Sanctorum referatur Beatus nuncupari possit et debeat
atque de eo ueluti de Beato Missa atque officium recitari ualeat, sicut de
uno Confessore non Pontifice, tam in urbe ubi eius corpus sepulchrum
est quam ubique a Patribus Clericis, et Religiosis ipsius Congregationis
Societatis Iesu quam ipse Ignatius uiuent instituit, et fundauit;
Et cum eodem Sanctissimus Dominus noster litteras processus et
scripturas omnes prefatas ad eandem sacram Placuum Congregationem
remiserit, ut mature omnibus examinatis quid de instantijs, et peti-
tionibus predictis sacra Placuum Congregatio sentiret sanctitati sue
referret. Tandem eadem sacra Placuum Congregatio uiso compendio
sue summario gestorum uitae, et miraculorum ipsius Ignatij
per manus singulorum Dominorum Cardinalium eiusdem Congre-
gationis transmissis, et audita relatione Illustrissimi et Reuerendissimi
Cardinalis Pamphili cui particulari hoc negotium diligenter uidentum et
examinandum ab eadem sacra Congregatione committum fuerat in plena
Congregatione facta in aedibus nostrae solite residentiae in quas or-
dinarius interfuerunt Illustrissimi et Domini Domini Antonius Maria
Episcopus Sordaniensis Gallus, Franciscus Maria tituli sanctae Mariae in tra-
celi de Monte, Robertus tituli sanctae Mariae in uia Bellarminus, Pie-
rominus tituli sancti Blasij de Anulo Samaritanus, Joannes Garza
tituli sanctorum quatuor Coronatorum Millinus, Joannes Baptista
tituli sancti Sixti Semus Presbiteri, Andreas tituli sancti Angeli in pro-
pitijs Serrettus, Joannes Baptista sanctae Mariae in Cosmedini Debus


et


et Aloysius sanctae Agathe Capponus Diacomus sanctae Romanae Ecclesiae
Cardinales Congregationis Sacrorum Rituum Praepositi matureque discussis
et examinatis omnibus discutendis et examinandis omnes supradicti
Illustrissimi et Reuerendissimi Domini Cardinales censuerunt et de-
clarauerunt (si Sanctissimo Domino nostro ita placuerit) ut ipse boni mem-
Ignatius de Loyola Fundator Societatis Iesu in posterum Beatus nuncupari
possit et ualeat, atque ipse tanquam de Beato officium et missa sicut de
uno Confessore non Pontifice ab omnibus Presbiteris Clericis et Religiosis
dictae Societatis Iesu in eorum Ecclesijs et locis tantum habere, et licite
in die eius felicitis obdormitionis in Domino pridie Kalendae Augusti recitari
possit et ualeat et in urbe dicta die in Ecclesia Societatis Iesu tantum
ubi eius venerabile corpus requiescit, omnes sacerdotes tam Regulares
curusumque ordinis quam seculares pro eodem deuotione de eodem
missam celebrare possint et ualeant. Et idem Sanctissimus Dominus
noster Paulus Sextus audita de proximis omnibus relatione
sanctitati suae a nobis facta, sententiam Congregationis approbavit, et
laudauit ac indulget, et concessit, ut dictus Ignatius de Loyola in uolun-
tate Beatus nuncupari possit, et ualeat et de eo in omnibus Ecclesijs
et locis Societatis Iesu ab ipsis Presbiteris, et Clericis eiusdem Societatis
tantum officium, et missa de communi unius Confessoris non Pontificis
habere et licite in die eius felicitis obdormitionis in Domino pridie
Kalendae Augusti recitari et celebrari possit, et ualeat, et in urbe dicta
die in Ecclesia Societatis Iesu tantum ubi dicti Beati Ignatij corpus
requiescit, omnes Presbiteri tam seculares, quam Regulares missam
in honorem ipsius Beati Ignatij pro eorum deuotione celebrare libere.

et licite possint, et valeant concessit, et indulgit. In quorum
 omnium, et singulorum fidem, et testimonium presentes per infra-
 scriptum eisdem Congregationis Secretarium fieri iussimus et manu
 nostra propria subscribamus nostris, soliti sigilli impressione muniti
 fecimus Roma die vigesima septima Julij anno a natiuitate Dni
 millesimo sexcentesimo nono Pontificatus uero prelibati sanctissimi
 in Christo Patris et Domini nostri Domini Pauli diuinae providen-
 tia Papa quinti Anno quinto. Ego Dominicus epus Ostien' Cardina-
 lis Pinellus ocul' sigilli S. P. Mucantius Secretarius Congregationis
Super quibus omnibus et singulis premissis, et singulis pre-
 missis tanquam rite recte et legitime gestis, nam et Curia nostra autem
 et decretum interponendum duximus, interposuimus, et interponimus
 per presentes. **EX QUORUM** fidem presentes nostras huius presentis
 tantumque instrumentum publicum exinde fieri, et res in gal scriptum
 Curie nostre notarium subscribi, sigillisque Camera Apostolica que in-
 talibus utimus fecimus appensione muniti. Dat' Roma ex d'ibus
 nostris sub anno a natiuitate Domini nostri Jesu Christi millesimo
 sexcentesimo nono Indictione septima, die uero nona mensis Iulij
 pontus S. M. D. Pauli diuina providentia Papa quinti anno quinto Pra-
 sentibus ubi supra D. Hieronimo fabris de Oreio Spoletan' dioc' et
 Petro Antonio Catalano Romano V. D. Connotarijs testibus oratis spe-
 cialiter atque rogatis



M. J. W. M.
 Ep. Paulus Blanchus Romas
 Custos Curie Romane de premissis
 et per scriptam subscripserat





ZYGMUNT WŁADYSLAW
PISNIEWSKI

